



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt XIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

Baptismum haud liceat nobis sperare secundū.

## C A P V T

## XIX.

**V**IX tribus exactis celi iam partibus ibat  
 Pronus ī occasum radius quū forte remotā  
 Axe sub eoo iussus contingere nubem  
 Protulit excussum madefacto ex aëre signum,  
 Arcus & enīuit quam nunc tamnatida Graio  
 Irim Romuleō vocitant sermone poetę.  
 Pendulus obliquū solem cum senserit humor,  
 Ancipites vario mittet splendore colores.  
 Nec munera re queas, sic mixtos lumine vīsus  
 Multiplici illudunt diuersis vultibus orbes.  
 Saphyrino, viridi maculoso, cerulo, & albo.  
 Purpureū de nube trahit, de sole coruscum,  
 De cœlo rutilum, de terra sumit & atrum.  
 Et nunc abiunctis quæ constant hæc elementis  
 Sic diuersa putas, vt concordantia cernas.  
 Hanc formā signo trepidis mortalibus arcus  
 Præstítit esse Deus, promittens nube serenum  
 Nullacq; iam terris debere pericula cœlum.  
 Nunc quisquis semel adlatam seruare salutem  
 ris Christū fit. Optas, signatū potius signo inspice Christum:  
 gurauit. Verus enim atq; vnuſ ſirmati fœderis arcus

Ille

*Arcus fœde=*  
*ris Christū fi*

Ille Deū atq̄ homines inter:qui virgine carne  
Virgineo ex vtero sumpta,iā munere lucet  
Multiplici in cōelo varius, sed fulgidus omni.  
Hunc corā inspicies quisquis baptismate tinctus  
Ad cōclum liber culpīs pereuntib⁹ ibis.  
Quod vero sparsis Noe saluatur in vndis  
Baptismi hinc formā Petro test ante docemur  
Archa vetus Noe, Christi est ecclesia: per quā  
Extra etiā quam nemo potest saluarier; ergo  
Quicunq̄ es Christi baptismate lotus in archa,  
Hoc votis precibusq̄ petas,hoc fletib⁹ opta:  
Ne redeant peccata tibi,ne mersa leuentur,  
Mortua ne surgant,ne debellata rebellent.  
Ne post ablatum valeant discrimina crimen  
Et flammat timeas quia iam nō suppetit ynda.

i. petri. i.  
Baptismus  
præfigura=  
tus.

FINIS LIBRI QVARTI

g 3